

dicetes & probates, q si plures iurent non contraue-
nire contractibus suis ratione minoris etatis, debeat
seruari iuramentum; Nam intelligi debent eo tan-
tum casu, quo contractus sit nullus, vel reuocabilis
ratione minoris etatis, no vero ex alia causa, vnde, vt
omnia remedia excludatur, seruari debet & practica-
ri pæd. cautela, quod dicant & iurent non contraue-
nire ratione minoris etatis neq; alia quacunque ra-
tione iuxta supradicta; & tenet etiam Tellus Fernan-
dez ubi supra, num. 11. & hoc casu intelligendus est lo-
qui Maria Socin. Junior conf. 32. numer. 81. vol. 3. dum ex
Paulo de Caltr. & Dec. tenet, quod per iuramentum
confirmatur contractus inualidus, etiam si in eo essent
plures defectus, & idem Mar. Socin. iterum conf. 86. nu.
35. volum. 3.

Sed oportet hic nunc breuiter videre; Quam sit
alio ratio vel causa, qua contractus minoris sit nullus prater
illam, quæ ratione minoris etatis favorabilis solet esse minori-
bus, ad hoc, vt contractus firmus & irrevocabilis vndiq; sit,
vt de illa quod, saltem signo quodam generali suprad. mero-
nem, facere oporteat; In quo Doct hic duo exempla præ-
figunt, quib. id demonstrant. ¶ Quorum primum est
in casu f. in l. fin. § fil. s. autem, Cod. de bonis qua l. b. vbi
probat, quod filiusfamil. non potest alienare, quo-
cunq; titulo id fiat, vel hypothecare vel pignoris iure
submittere res suas, quarum vsum fruct. pater habet;
Nam hoc casu etiam filius iuret huiusmodi contractum
& alienationem, minime seruabitur iuramentum, ne-
que contractus ipse iuramento firmabitur, quia ja hic
alia ratio, quam minoris etatis, propter quam infringa-
gatur & sit nullus momenti contractus, adest, scil. præ-
iudiciu tertij, h. e. patris in suo vsum fructu per legē sibi
in prædictis bonis cõperenti, causato & effecto à pa-
tria potestate, quod fieri non potest, ita Bald. Ant. Sa-
lyc. & Paul. in d. § filius autem, & Iaf. hic n. 47. Curt. l. un. n.
108. & optime Paul. de Cast. in l. v. heredi, § filiusfamil. n. 4.
& § ff. de pact. vbi dicit, ita se consuluisse, licet iudex a-
liter pronuntiauit, quæ opinio concors omnium est
secund. Io. Orosc. ibi n. 5. qui alios allegat, sequitur et-
iam dicens veriorē & tenendam sine distinctione
quadam Imol. Ant. Gom. 2. tom. c. de seru. numer. 10. vbi
allegat bona iura in argumentum pro hac opinione.

33
34
35
Secundum exemplum, quod ¶ Doctor ponunt, est
in minoribus, concedentib. feudum, non adhibentib.
pares curiæ; Nam hoc casu licet iurent, concessio non
firmatur prædict. iuramento, ex eo, quod defecit so-
lemnitas requisita, ita referunt cum Bald. Iaf. hic num.
48. Curt. Junior 109. & sic possunt in alijs similib. cas-
ibus exempla fingi, hæc duo sufficiunt; vt intelligan-
tur, quæ supradicta sunt.

Secundo principaliter supradicta opinio receptif-
sima Citramont. limitatur, vt procedat de iure com-
muni, quo iura inhihent & prohibent contractus mi-
noru & sic dirigunt prohibitionem in ipsorum con-
tractus, secus vero erit, si per statutum prohibeatur
ne minores contrahant sine præsentia cõsanguineo-
rum, vel quod nullus audeat contrahere cum minori-
bus absq; præd. præsentia cõsanguineorum, provt
dicunt Doctor. esse statuta per multas ciuitates Italię
& sic quando statuta principaliter dirigunt suã pro-
hibitionem in personam, itaque multum interest, v-
trium prohibeatur contractus minoris, vel persona i-
plius minoris sit prohibita cõtrahere; Nam priori ca-
su, sicut est prohibitum de iure comuni & Regio, quod
commune etiam appello in hoc proposito, iuramento
firmatur, vt in nostro tex. probatur & in legibus Re-
gij, posteriori vero non, secundum Bartol. hic nu. 15.
qui reputat esse menti tenendum per fundamentum,
quod ipse facit, quod quidem non magis videtur mi-
litate in vno casu, quam in alio: Eandem opinionem

tenet expresse idem Bartol. in l. si quis pro eo, numer. 11.
ff. de fideiusor. ad quem locum se remittit idem Bart. in
l. non dubium, in finalibus verbis, Codic. de leg. b. vbi dicit,
hac materiam se ibi plenius explicuisse, quam aliquis
homo de mundo: idem licet in alio proposito tenet
idem Bart. in l. decernimus, numer. 1. Cod. de recept. arbitr.
idem Bart. in terminis nostri tex. in l. 2. in finalibus ver-
bis, C. de fideiusor. dot. dentur, & hanc opinionem Bart.
sequuntur Bald. & Angel. relati per Curt. l. un. hic nu.
103. qui dicit, quod ipse se semper legendo & consulēdo
tenuit hanc opinionem: pro qua opinione facit etiã,
quia quoties lex resistit actui, iuramentum super eo
positum est nullum & non debet seruari, tex. in d. l. non
dubium, C. de leg. b. & hanc Barr. opinionem sequuntur
communiter Legistę, secundum Couar. qui id asserit
ex testimonio Ioan. de Imol. & Roder. Suar. de pact. in
6. par. 2. relection. § 2. in princip. & in numer. 1. vbi allegat
eandem opinionem tenentes Calderin. & Anch. imo
est communior & melius fundata, secundum Roder.
Suar. allegatum per Couar. scilicet in ist. De las arras, in
3. quæst.

Contrariam tamen opinionem, imo quod supradic-
ta differentia Bart. non sit vera, sed quod vtroq; casu
iuramentum sit seruandum, videtur tenere idem Bar.
in l. omnes populi in 4. q. prin. nu. 15. ff. de iust. & iur. licet re-
uera si bene inspiciatur, ibi non contradicatur suã dif-
ferentię positę per eum, vbi supra, quia ibi non format
questionem, quando statutum dirigitur in personam
minoris, sed quando dicit statutum, quod minoris
contractus non valeat, nisi interuenierit consensus
duorum propinquo- rum, quia hoc casu vbiq; fatetur
Bart. non valere statum, & seruandum esse iuramen-
tum. Sed nihilominus hanc secundam opin. contra
Bart. differentiam, vbi supra tenet in præsentia Paul. de
Cast. num. 11. ad fin. dicens, le ita plures consuluisse de
facto, & vidisse alios cõsultentes, & quod Raphael ad-
hæret huic opinioni, dicens, se vidisse consilia contra
Bart. etiam Canonistarum, contra quem tenet etiam
Salyc. in præsentia n. 27. dicens, quod differentia Bar. po-
tius est verbalis, quam realis. Nam statutum annullas
contractum absque certa solemnitate factum cum mi-
nore, videtur prohibere ipsum minorem contrahere
absq; illa solēnitate: & sic in effectu & implicite pro-
hibet personam ipsam contrahere, quia qui disponit
de effectu, disponit de causa, & qui vult consequens,
vult & antecedens necessarium, vt in l. 2. rem mobilem,
& in l. ad legatum ff. de procurat. cum similib. & in illud,
ff. de acquir. heredi. vnde inanis est differentia Bart. inter
verb. statuti prohibentis personam minoris cõtrahere
sine certa solemnitate, vel annullantis contractum
etiam iuratum celebratū absq; eadem solemnitate, &
lex rebus & non verbis imponenda est, vt in l. 2. C. com-
munia de legat. & hanc partem contra Bartol. sequitur
optime eam probans per decem argumēta, ad quem
est semper recurrendum, Alexand. consil. 27. incip. viso
libello producto per procuratorem Petri, in antepen. colum.
vol. 1. n. 5. & seq. vbi dicit, quod fere omnes Doctor. Ca-
nonistę & Legistę tenent hanc opinionem contra
Bart. & sequitur idem Alex. conf. 38. num. 10 & 11. vol. 3.
hanc etiam opinionem contra Bartol. tenet & dicit
communem Legistarum & Canonistarum plures Do-
cto. referens Iaf. in præsentia nu. 51. & duob. sequi. & tenet
plurimi relati per Curt. l. un. in præsentia, n. 113. & 114. vbi
inquit, non esse recedendum à communi opinione
contra Bart. & quod ita ipse sepe consuluit sequendo
Bar. in d. l. omnes populi. Aduertatis supplico ad diuersa
& contraria consilia eiusdem Doctoris in eodem ar-
ticulo, nam prius dixerat se primam opinionem Bar.
& contraria consilia eiusdem Doctoris in eodem ar-
ticulo, nam prius dixerat se primam opinionem Bar.
semper in legendo & consulendo tenuisse, & nunc
dicit sepe consuluisse contra Bart.

Vnde

36 Vnde non est mirandum, quod Doctor vel aduo-
catus, mutato consilio, aliud iudicium vel consilium
diuersum ab eo, quod prius dederat in causa sibi
commissa vel consulta, dederit.

37 Nã & iudici licet mutare & reuocare, quod prius
interloquendo protulit, vt in l. quod iussit ff. de re iudic.
& in c. cum cessante, de appellat. iuxta illud, non pudeat vos
errores vestros corrigere, de quo, quando liceat homini
suum dictum corrigere & emendare, & sic variare, vi-
dendus est omnino Iaf. in l. si ex toto, § si n. 27. & sequen-
tibus ff. de l. 1. plura adducens, & in aduocato, qui pro
vna parte consuluit, liceat ne ei variare & mutare er-
rorem suum, videndi sunt Iaf. & Decius in leg. edita, in
quinto notabil. & idem Curt. l. un. n. 43. C. de edend. § l. 2.
tit. 16. li. 2. ordin. noui. Noua Recopil. legum Regni, & Ber-
nard. Diaz. ipsiusq; addition. in regul. 19. Sed caueant iu-
dices & aduocati, ne hoc faciant ob alium respectum,
quam vt errorem suum corrigant, videntes non esse
securam partem, quam prius sumserunt, securam in-
quam in iustitia & in cõscientia; Nã tuc meretur, quod
murent iudiciū seu consilium, quia sapiētis est muta-
re consiliū, non vero id faciant, vel donis corrupti,
vel amore, odio, vel timore affecti, sed semper veri-
tas in ore eorum elucescat. Et vt ad rem reuertamur,
eandem etiam secundam opinionem restatur com-
munem Alex. conf. 29. n. 14. vol. 7. loquens in muliere
prohibita contrahere per statutum sine præsentia
cõsanguineorum.

38 Hæc communis opinio fulcitur ¶ hoc potissimo
fundamēto, per quod satisfit fundamētis. Bart. scilicet
quia huiusmodi statutum emanat per viam præcepti
favore personę, cui sit præceptum, hoc est, minoris,
quo casu transgressio præcepti non obligat ad penã,
quia censetur potius habere vim consilij, quam præ-
cepti, vt in l. 2. § ff. mandat. & in l. cum pater, § mando, ff.
de l. 2. l. Titio centum. in princ. & in l. eum tale, § penul. ff. de
condit. & demonstrat. & ita faciens contra consilium su-
prioris, non peccat, vt dicit l. non dubium, & fundamēta
Bartol. loquuntur & procedunt, quando statu-
tum huiusmodi respicit principaliter vtilitatem pu-
blicam, quod non est in nostro casu, licet Bart. ad eū
applicet, & vltra supradicta, eandem etiam sententiã
communem cõtra Bar. dicit communem Ioan. Orosc.
in d. l. omnes populi, numer. 79. & 80. dicit etiam commu-
nem contra Bart. eam secutus plures referens & be-
ne defendens & respondens fundamentis contrarię
partis. Couar. vbi § n. 7. vers. primum falsum esse Bart. o-
pinionem, & inter alios Dd. quos refert vnus est Alciat.
in c. cum contingat, nu. 96. de iureiur. qui est omnino vi-
dendus, quia assignat quasdam interpretationes huic
communis opinion. hanc etiam opinion. sequitur &
dicit communem, asserens, opinionem Bart. esse
communiter damnatam ex testimonio Alex. Men-
chac. de success. creat. § 26. nu. 43.

39 Quæ communis sententia, meo iudicio, verissima
est per supradicta, & tenenda in iudicando & consu-
lendo, ex qua inferri potest ad intellectum l. 55. Taur.
præcipientis, mulierem nuptam minime posse con-
trahere vel distrahere absque licētia viri, quæ lex ho-
die per inuictissimum Philippum II. Regem nostrum
posita est in l. 2. tit. 3. lib. 5. ordin. noui in Recopilatione noua
Regali; Nam hoc casu iuxta supradictam communem
sententiam videtur, dicendum iuramentum in casu
d. l. Regie validare contractum mulieris nuptę cele-
bratum absq; licētia viri sui.

40 Præcipue, attentã ¶ communi opinione, quam re-
fert Alexand. dicit. conf. 29. n. 14. volum. 7. vbi dicit, quod
est communis opinio, vt stant statuto, quod mulier
non possit contrahere sine præsentia cõsanguineo-
rum, iuramentum tamen mulieris cõfirmet contra-

atque per ipsam celebratum absque præd. solemnita-
te: Ergo ita in proposito videtur necessario dicendum
in nostro casu, cum dicta l. Regie præcipiat & pro-
hibeat, ne mulier nupta possit aliquem contractum vel
distractum facere & celebrare absq; licētia viri, quod
si ipsa iuret contractum vel distractum suum celebra-
tum sine licētia viri, valeat prædict. contractus & cõ-
firmetur iuramento, eandem etiam opinionem Alex.
in proposito tenet Paul. de Caltr. in l. si n. 4. ff. qui satis-
da cogant. & in expressis terminis d. l. Regie hanc opi-
nionem tenet Palatius Rubens in reper. Rubr. de donat.
inter vir. & vx. § 68. n. 30. vbi ad hoc allegat plures Do-
ctores iuris communis.

41 His tamen non ¶ obstantibus, contrarium est te-
nendum, imo quod in casu d. l. Regie iuramentum mu-
lieris non confirmet contractum vel distractum ge-
stum per ipsam absq; licētia viri, & ita inuenio, quod
in terminis statuti de iure communi tenet Bald. in
Rubrica, de iureiur. an. in volumine decreti quem refert &
sequitur Roderic. Suar. in lectura l. fori, tit. De las arras,
in 3. quæstione, & hanc opinionem in terminis huius le-
gis Regie tenet etiam Cysuentes in leg. 56. Taur. in 4. co-
lum. in versicul. quod primo limita, vbi ad hoc allegat Io-
ann. Fab. & alios, eandem etiam opinionem simp. ici-
ter ad hanc l. Regiam tenet Menchac. de success. creat.
26. n. 42. & 43. & quod magis est, eandem opinionem
tenet expresse ad dict. l. Regiam Palatius Rubens ibidē
in d. l. 55. n. 18. & Couar. in 4. 2. part. e. 7. § 1. n. 3. & Petrus
Nunnez Auendan. 2. part. e. 27. par. 1. n. 15. & iterum in suo
dictionario, verb. Orrogamiento, fol. 23. col. c. ad fi. & Ant. Gom-
mez in dict. l. 55. Taur. n. 8. vbi tantum Fabrum & Cysuentes.
allegat, & tenet etiam Iaf. in l. 2. n. 16. ff. de legat. 2. sequitur.
etiam D. Did. Perez in l. tit. 8. li. 3. ordin. colum. 1025. in
princip. vbi tantum allegat Couar. vbi supra.

Hæc opinio duo habet fundamenta. Primum do-
ctrinam Bartol. communiter approbatam, vt supra-
dict. est in dicta leg. si quis pro eo, numero 11. ff. de fideiusor.
vbi quando lex vel statutum dirigit prohibitionem
suam in personam minoris vel mulieris, con-
tractus non firmatur iuramento, sed nostra lex Re-
gie prohibitionem dirigit in mulierem nuptam,
vt minime contrahat vel distrahat sine licētia ma-
riti; Ergo si contrahat & iuret, nihilominus contra-
ctus non valebit. Sed huic fundamento potest res-
ponderi, quod illa doctrina Bart. non est vera neq; te-
nenda, sed imo contraria opinio est verior & com-
munior, vt supra late dictum & probatum est: Vnde
ex hoc resultat, non solū fundamentum primum su-
prad. huius nostrę opinionis ad dict. l. Reg. esse nul-
lus momenti, sed etiam fundamentum contrarium
nostrę opinionis dari, quod fuit adductum pro pri-
ma opinione supra posita ad d. l. Reg.

42 Ideo secundum ¶ fundamentum huius opinio, veri-
simum, & id quidē vrgentissimū tale est, quod ideo
iuramentum in casu d. l. Regie non confirmat contra-
ctum mulieris, quia est in præiudiciū alterius tertij,
scilicet mariti sui, siue loquamur in rebus proprijs &
patrimonio ipsius mariti, siue in rebus dotalibus,
quia maritus constante matrimonio est dominus do-
tis, vt in l. doce ancillam, Cod. de rei vendic. quia dos da-
tur pro sustinendis oneribus matrimonij, vt in l. pro
oneribus C. de iur. dot.

Vnde in præiudiciū & damnum mariti iuramen-
tum mulieris absq; licētia ipsius vii nihil valeat nec
est seruandum, vt probat tex. in cap. quamuis pactum, de
pact. in 6. in finalibus verbis ibi, nec redundet in alterius da-
trimentum, & in c. cum contingat, ad fin. de iureiur.

Pro qua etiam opinione facit communis opinio &
sententia Docto. um, quam supra r. ad idimus dicen-
tes, filiumfamil. non posse alienare bona aduentitia,

in quibus pater ipsius habet vsum fructum, etiam cum iuramento in praedictum patris, hoc est, vsum fructus ad eum pertinentis ex legis dispositione. Ergo ita & eodem modo dicendum est in proposito, quod mulier nupta non possit sine licentia viri, etiam cum iuramento alienare aliquam rem, vel contractum praedictam marito facere.

43 Ex quibus remanet responsio & solutio ad fundamentum supradictum, quod faciebat contra hanc opinionem adductum, propria contraria scilicet magis communis opinio supradicta contra Bartol. quae habet; Quod etiam si lex dirigat prohibitionem in personam mulieris vel minoris, nihilominus tamen contractus factus contra huiusmodi prohibitionem firmetur iuramento, quia id verum est & procedit in respicientibus tantum damnum & praedictum iurantis, secus vero est, quando tractatur de alterius praedictum, ut in nostro casu & quaestione, per dict. c. quamuis pactum, in fine & ita tenendum in iudicando & consulendo.

44 Ex quibus omnibus infertur intellectus etiam ad l. 50. Taur. quae hodie est l. 2. tit. 2. li. 5. noui Ordin. Recop. ll. Reg. vbi cauetur, quod maritus non possit dare suae uxori arihas excedentes decimam partem bonorum suorum, sed vsque ad decimam partem tantum, & quod lex fori hoc praecipiens non possit renouari, infertur inquam, quod si maritus promittat maiorem quantitatem nomine ariharum uxori suae, quam lege illa taxatum est, & insuper iurauerit promissionem, nihilominus tamen huiusmodi iuramentum non firmabit praedictam promissionem & contractum, quia prohibitio supradicta Regia, est in fauorem non ipsius promittentis arihas, sed eius consanguineorum, quibus defertur ius repetendi arihas istas, quae fuerunt promissae aut datae ultra quantitatem a lege definitam; Vnde in praedictum horum non valet iuramentum, ut supradictum & probatum est, scilicet hanc opinionem optime tenet Vincent. Episcopus Montalu. & Roderic. Suarez, & hos referens doctissimus Couar. in d. c. quamuis pact. 2. part. relect. §. 2. n. 8. fol. 80. versio quinto, & c. & Mencha vbi §. d. §. 26. nu. 4. & 43. & Antonius de Padilla in arib. res qua. n. 29. C. communia de leg. contra Palat. Rub. Mencha, alibi, Did. Perez & Segur. quos ibi refert, contrarium etiam tenet Anton. Gomez in l. 69. Taur. n. 4. in versio. ex quibus infertur, omitto quandam l. fori l. 70. expressam pro hac nostra opinione, quam allegat pro ea Couarru. & dominus meus vbi §. quia lex illa iam hodie non est lex, imo est abrogata, ut constat, quia non reperitur posita in Noua Recopilatione legum huius Regni tempore nostri Regis Philip. secundi facta, ut cauetur in Regia prouisione posita in prin. dicti Recopilationis, tenet eandem opinionem primam opinionem contra Palat. Rub. nouissime Lud. Mexia in l. Reg. Toloti, De los terminos, in 7. fundamento 2. part. §. 34. dixi late in meo tractatu de Iuramento Confirm. 1. part. c. 14. n. 2. & seq.

45 Sed redeundo ad communem opinionem supradictam & tenendam contra distinctionem Bart. vbi §. est aduertendum, quod idem Bart. in d. l. omnes populi, n. 25. limitat supradictam communem sententiam, ut non procedat, quotiescunque statutum praeciperet, quod minores vel mulieres non possint contrahere absque certa solemnitate, & quod contractus aliter factus sit nullus & presumatur simulatus, & minores dolos fuisse inductos ad contrahendum, etiam si iurauerint, nam tali casu valebit huiusmodi statutum, quia indirecte & per circuitum bene potest tollere iuramentum, inducendo prius simulationem & dolum: & hanc opinionem sequitur Paul. de Castro in presenti, n. 1. exultans, quod huiusmodi statutum procedat

etiam de iure Canonico, quia si ita verum esset, quod contractus esset simulatus, vel dolo celebratus, & sic non haberet verum consensum partis, etiam iure Canonico non confirmaretur iuramento, ut in c. de pact. in 6. & in c. cum contingat, de iureiur. & textus in presenti, & vtrouque notant omnes Doctores; Ergo: Idem hoc casu dicendum, est quia fictio statuti idem operatur, quod veritas in casu vero: Eadem etiam opinionem Bart. tenet Bald. in presenti, nu. 5. & sequitur Ioan. Orosc. in d. omnes populi, n. 8. quam dicit magis communem Alex. & eum referens Iaf. in l. si n. 27. ff. qui satisf. cogan. vbi refert alios tenentes contrarium, dicit etiam communem Ioan. Orosc. in l. iurisdictionum. §. si pacificari, n. 9. ff. de pact. tenet etiam plures referens Didac. Perez in l. 1. tit. 8. li. 3. Ordin. col. 1026. quae opinio tenenda est in praxi: quia communis & in iure vera videtur, quae iam est probata eo casu, quo statutum praesumit talem contractum dolo factum, & quando praesumit eum simulatum, probatur argum. gloss. optime & Ordin. in l. 3. glo. vnic. in fine, C. plus val. quod agitur, quam quod simulat. concip. quam gloss. dicunt ordinariam & communiter approbatam plures Dd. variis in locis, & eam limitat aliquibus modis: dixi ego in repet. l. nemo potest. ff. de leg. 1. super. qu. Bart. interim, ut ceteros mittam, opinionem illius gl. dicit communem limitans aliquibus modis Alciat. in c. cum contingat, nu. 82. & duobus seq. extra de iureiur. and. qui omnino est videndus circa illam gl. quam dicit notabilem & ordinariam Antonius Gom. 2. tom. c. de restitut. minor. n. 20. dicit communiter approbatam idem Anton. Gom. in l. 45. Taur. n. 27. vbi latissime agit de illa gl. dicit etiam communem plures allegans D. Didac. Per. in l. 1. tit. 8. li. 3. Ordin. col. 1026. vltra quem dicit etiam communem Ioannes Campegius in tract. de dote 1. par. qu. 51. n. 3. sequuntur plures relati per Tiraq. in tract. de constit. poss. in 3. part. prin. in 7. limit. n. 51. dicit etiam communem plurimos allegans Dn. Padilla in l. cam ea, qua. nu. 5. C. de transact.

Imo, quod magis est, non tantum per circuitum ut supradictum est, sed etiam directo potest lex civilis remittere iuramentum, ut videmus in casu l. non dubium, C. de legibus, & in l. si. C. de non numerat. pecun. & in l. si. ff. qui satisf. cogan. vbi gl. hanc opinionem tenet: tenet etiam gl. in l. adigere, §. si gl. ff. de iur. pat. vbi inquit: Quoties legem vim apostolicam obtinere, ut remittat iuramentum, & hanc opinionem sequuntur plures relati per Iaf. in d. l. si. ff. qui satisf. cogan. nu. 23. vbi in nu. seqq. late fundat hanc opinionem: lequirit pluribus modis eam deorando Ioan. Orosc. in dict. §. si pacificari, n. 6. & seqq. Sed contrarium est tenendum in hoc articulo contra glossas illas & sequaces, imo quod lex nullo modo possit directo tollere seu remittere iuramenti vim, quod quidem seruandum est vbiq; si non vergit in dispendium salutis aeternae, ut in dict. c. quamuis pactum, de pact. in 6. cum similib. & in his, quae concernunt peccatum, standum est iuri Canonico, & non civili, ut in c. si de praescrip. Secundo facit, quia cum iuramenti religio ad reuerentiam & fidem DEO praestandam pertinet: ratione quadam consequentiae ad iudices ac prelatos ecclesiasticos, veluti res spiritualis, spectare videtur eius declaratio: tex. optimus in c. venerabilis, de electione, & in c. nouit, de iudic. & in c. cum contingat, & in c. debitores, de iureiur. and. & ita hanc opinionem tenet Hostiensis, & eum & alios referens Iaf. vbi supra in dict. l. final. vbi refert alias duas opiniones in hoc, & late fundat respondendo argumentis contrariae partis: sequitur hanc opinionem, contra glossas & Baldum, & Paul. de Can. hic numer. 11. vbi dicit, opinionem contrariam esse falsam, licet de facto seruetur vbiq; & ibi fundat hanc secundam opinionem: eadem opinionem plures

46

plures allegans sequitur Couarruias de pact. in 6. par. 1. §. 3. n. 7. fol. 22. vbi & in n. 9. & 10. hoc intelligit, nisi lex civilis prohibeat praestari iuramentum, non vero illud tollat, postquam fuerit praestitum: vel interpretatur iuramentum iuxta naturam contractus, quia hoc potest, ut in casu d. l. fin. C. de non numerat. pecun. & in l. si. ff. qui satisf. cogan. & in casu dict. l. adigere, §. si. vide eum omnino, hanc etiam secundam opinionem contra glossas supradictas tenet Alex. conf. 38. num. 11. l. b. 3. vbi duobus modis saluat dicta glossa, ut procedant, quoties iuramentum esset contra publicam utilitatem, vel quod, dum dicunt, quod lex habet vim apostoli in remittendo iuramento, intelligantur de lege Canonica, alias secus. Hanc etiam secundam opinionem sequitur & dicit communem plures Dd. allegans Marian. Soci. Iun. conf. 32. num. 31. vol. 3.

47 Ex suprad. limitatione Bart. & communi, quae habet: Possit legem vel statutum annullare & tollere vires iuramenti, non quidem directe, sed per circuitum, ut puta presumendo contractum aliter, quam lex precipiat celebratum, simulatum vel dolo sum, infertur ad intellectum & validitatem Regiae pragmatice in cap. 78. de Valladolid ann. 1555. cui verba sunt haec:

Mandamos que agora, ni de aqui adelante ningun huiosfamilias que este debaxo del poder de sus padres, mayor, o menor, y que ningun menor que tenga tutor, o curador, sin licencia de los justodichos, no puedan comprar ni tomar ni sacar en fiado, por si, ni otros en su nombre, plata ni mercaderia, ni otro ningun genero de cosas, ni ningun platero, ni mercader, ni otra qualquier persona lo pueda vender, ni dar en fiado, sin la dicha licencia. Y qualquier contratas, fianças, y seguridad, con qualquier clausulas, y firmes, en qualquier manera todo sea ninguno, y por virtud dello no se pueda pedir en nuyzio ni fuera del, en ningun tiempo cosa alguna a los dichos huiosfamilias, ni menores, ni a sus fiadores, ni principales pagadores, ni a otras qualquier personas que por ellos se obligaren, o en su nombre lo sacaren, y tomaren, y sean libres de todo ello. Y porque para defraudar lo de suso contenido, se procura que los dichos contratas se iuren para su validacion, y por se contratas prohibidos par esta nuestr. ley, y simulados, y dolo sos, y hechos en grandanno, y fraude, y persuasio de los dichos huiosfamilias, y menores mandamos a los dichos plateros, y mercaderes, y otras qualquier personas de suso declaradas, que no fagan otorgar los dichos contratas, ni traygan a ningunas personas aque los iuren los dichos huiosfamilias ni menores, ni los torquen y iuren, ni los escribanos de lugar a que ante ellos se otorguen y iuren, so pena pierdan sus oficios, y no puedan votar en fiado para quando se casaren, o heredaren, o sucedieren en algun mayorazgo, o para quando tuuieren mas renta, o hacienda. Que esta pragmatia refertur in leg. 20. tit. 3. li. 5. Repertorio noui, quod composuit & ordinavit conciuis Alphon. de Azeuedo, & contemporaneus in studio & in practica aduocatus Placentinus, timoratae conscientiae & bonis literis praeditus: quae pragmatia hodie ponitur pro lege in l. 22. tit. 11. lib. 5. noui Ordin. Regal. in Recopil. noua legum Regni, infertur inquam, quod lex haec est valida & seruanda, dum annullat & tollit vires iuramenti apposti super huiusmodi contractibus ex rationibus suprad. licet, meo iudicio, lex haec non annullat nec tollat vires iuramenti, quia tantum dicit, quod non iuretur, & vltterius non praedit neq; disponit: Quid erit si iuretur licet alii existant, legem illam tollere iuramentum, sed ex su-

praedictis apparet, quod etiam si lex vel statutum non auferat iuramentum, & eius vires, si tamen apponitur super contractu simulato vel dolo, non valet nec est seruandum, etiam iure canonico praedictum iuramentum, ut supra dictum est, ex tex. in d. c. quamuis pactum, cum similib. & ex gl. illa communiter approbata in d. l. 3. C. plus val. quod agitur, & c. & in terminis dicti l. Regia, ita tenet D. Dadac. Perez in l. 1. tit. 8. li. 3. ordin. col. 1026. quia haec l. Regia, ut ex eius litera constat, reddidit contractus aduersus eius tenorem celebratos simulatos & dolo sos. Vnde infertur, non bene dixisse [meo tamen iudicio] eundem Dd. Salmant. vbi sup. col. 1028. dum existimat, contractus in secundo casu illius l. Reg. nempe: Quando se toma fiado, para quando heredaren & c. firmari iuramento; Nam praeterquam, quod contra hoc facit, quod ibi ipse retulit, scilicet, quia alias ex confirmatione iuramenti praestaretur occasio infidandi vires illorum, ex quorum facultatibus solutio facienda est, & sic daretur votum captandae mortis contra omnia iura, est praeterea lex illa contra eiusdem Doctores decisionem in duobus locis. Primo, dum in ipso se iud. da parte, inquit. Y los contratos que sobre ello se hizieren, o fianças, o seguridad, sean ningunas, en la manera susodicha. Nam supra in primo casu illius l. dicitur, adeo nullos esse contractus, ut praesumantur simulati & dolo si; sed his casibus iuramento non confirmantur, ut supra probatum & conclusum est: Igitur nec in hoc secundo, nec debuit dominus Doctor distinguere inter praedictos duos casus, cum idem statuatur in vno, quod in alio. Secundo, contra opinionem praedictam faciunt & verba eiusdem l. in prad. 2. eius parte, ibi: E mandamos a los dichos plateros, e mercaderes, y a otras qualquier personas, y escribanos, que no den lugar que se otorguen, ni iuren, y las mismas penas de suso declaradas al que lo contrario hiziere; Nam eiusdem verbis videtur praedicta lex in primo ipsius casu, ad annullandum iuramentum, & per illa verba tenuit praedictus Doctor vbi supra, legem illam tollere vires iuramenti in primo ipsius casu: Ergo ita & eodem modo idem dicendum est in secundo. Nec obstat fundamentum, quod ipse adducit de capit. quamuis pactum, de pactis in 6. quia etiam attento illo text. contractus simulatus & dolo sos iuramento non firmatur, ut supra dictum est, & probatur in illo text. & in praesenti, quando contractus est dolo sos, & quando est simulatus, probatur ex dict. gl. communiter approbata in dict. l. 3. C. plus val. quod agitur, & c. & sic teneo in secundo casu illius pragmatice & legis, etiam iuramento contractus non firmari, sicut neque in primo.

Vltterius plures quaestiones & declarationes circa d. l. Regiam, & praecipue nouem limitationes vide omnino per Didac. Perez, vbi sup. col. 1025. & plurib. sequentibus, ut latissime & vtiliter examinat materiam & legit illam Regiam decisionem, ideo videndus ipse, quia nolui transcribere.

Sed vnum tantum verbum ipsius, quod in trans. 49 tu simpliciter ibi dixit, col. 1032. hic comprobare libuit, scilicet q. filius, qui habet peculium castrense vsq; poterit contrahere, non obstante d. l. 22. Haec enim decisio & limitatio probatur optime in l. 1. §. si & in l. 2. ad Macedo. praesupposito, quod prohibitio Macedoniae, quae tantum loquitur in mutuo, extenditur per d. l. Reg. ad omnes alias res.

Hoc sic praehabito, probatur in illis iuribus, quod supra praedict. Senatusconsultum Macedonianum cessat, quoties filiusfamilias habet peculium castrense vsq; ad quantitatem ipsius, quia filiusfamilias in castrensi peculio vice patrisfamilias fungitur. Facit etiam l. 5. tit. 11. part. 5. in princip. ut probatur, quod licet inter patrem & filium in eiusdem potestate constitutum, nulla cadat